



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

8. Pastoris æterni, &c. Sanctissimi D.N.D. Benedicti Divina Providentia  
Papæ XIII. Constitutio ut Regulares Apostatæ ad suos Ordines impunè  
reverti possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

1725.

Inferiores, & respectivè Capitula, & singuli Canonici qui defecerint, eorumque hæredes, & successores teneantur ad omnia damna, & interesse favore prædictæ Fabricæ, eorumdemque bona omnia pro potiori cautela affecta sint, & specialiter hypothecata favore ejusdem Fabricæ.

Quoniam verò nostræ mentis non est per hanc nostram Constitutionem, ut præmissis, Sacrorum Canonum statuta, & præsidia minuire, sed quantum in Domino possumus augere favore Ecclesiarum, declaramus, & expressè volumus firmissimum nihilominus manere onus reparandi, restaurandi, & manutenendi Ecclesias Cathedralis Episcopis à Jure junctum, itaut in restaurandis, reparandis, & conservandis Ecclesiis Cathedralibus, antequam tangerentur fructus, seu capitalia favore fabricæ, vigore hujus Constitutionis consocienda, teneantur Episcopi, & ad normam Sacrorum Canonum exquiratur de eorum obligatione.

Prætereaque decernimus hanc nostram Constitutionem locum habere favore omnium Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum totius Italiæ, & Insularum adjacentium, tamen pro nonnullis Ecclesiis adita fuerint aliquæ provisiones, sicuti per fel. record. Innocentium PP. XIII. Prædecessorem nostrum pro tribus Ecclesiis, nempe Auximana, Viterbien., & Tuscanen., & per Nos hæcenus pro quatuor scilicet Nuscan., Vigilien., Castellaten., & Syontina mediante unione ratæ pensionis super fructibus earumdem Ecclesiarum, ad certum tempus favore fabricæ earumdem Ecclesiarum, actum fuisse constat, & in universum pro Ecclesiis Regni Neapolitani emanaverit Constitutio sã. mem. Innocentii PP. XII. etiam Prædecessoris nostri incipiens = *Inscrutabili*, & supervenerit alia nostra ampliatiua incipiens = *Sacrosancti Apostolatus*.

Excipimus tamen ab hac Constitutione Beneficia nostræ Archiepiscopalis Beneventanæ; Dudum enim eorum respectu per aliam nostram Constitutionem incipientem = *Romanus Pontifex* = confirmando, declarando, & ampliando antiquam Constitutionem fel. recordat. Pii PP. II. pariter Prædecessoris nostri simile injunximus onus Beneficiis in universa Archiepiscopali existentibus.

Volumus autem, quod huic nostræ Constitutioni, seu solutioni mediæ annatæ prædictæ minime subjecta existant Beneficia illarum Dicecesum, & respectivè Collegiarum, in quibus reperitur opus, seu peculiare patrimonium fabricæ sufficienter instructum, aut onus, seu obligatio reparandi, restaurandi, & conservandi Ecclesias residet penes Communitates Locorum, vel adsunt dictarum Ecclesiarum Patroni, qui nisi reparare, & manuteneere velint easdem Ecclesias, earum Patronatum amittere debent; Cum enim in his satis consultum sit reparationi, & conservationi Ecclesiarum, nolimus aliud superaddere Beneficiatis impendium, quod vergeret in sublevamen eorum, qui de jure tenentur.

Decernentes easdem præsentis, ac præinsertas Literas semper validas, firmas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. A. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quolibet quavis præminentia, & potestate fungentes, & futuros, sublatà eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis

authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrâ & Cancellariæ Apostolicæ regulâ de jure quæsito non tollendo; necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, ac aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hæc vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ad hoc autem, ut præsentis Literæ ad omnium noticiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Flore de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; Sicque publicas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, ampliacionis, restitutionis, reintegracionis, decreti, declarationis, statuti, voluntatis, mandati, Constitutionis, assignacionis, præcepti, & derogacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, 1 v. Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

1725.

4. Idus  
Maij,  
1725.

Sanctissimi D. N. D. Benedicti Divina Providentia  
Pape XIII. Constitutio ut Regulares Apostata ad  
suos Ordines impanè reverti possint.

## BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

**P** Astoris æterni vices licet immeriti gerentes in terris, paternæ charitatis nostræ partes esse reputamus, ut Oves, quas Sathana versuta à caulis Domini abduxit, ad eandem opportunis rationibus reducere, & ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus. Ita

1725.

que in præfenti anno Jubilæi, anno fcilicet remiffionis, & gratiæ, quem ad totius Catholice Ecclefiæ confolationem, atque ædificationem, apertis, atque largiter prolatis fpiritalium gratiarum difpenfationi noftræ divinitus creditarum thefauris, indiximus, & benedicente Domino, maximo cum animi noftri gaudio celebramus, pietatis noftræ viscera erga Regulares profelfionis fuæ defertores aperire, eoque ad Chrifti Ovile, fuos videlicet cujufque Ordines, extra quos Luporum rapacium inlidis, atque periculis expofiti mirabiliter vagantur, quantum divina benignitas largiri dignabitur, ut ad falutarem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut poftliminio reverfi vota fua Domino reddere ftudeant, revocare cupientes, ac fel. rec. Urbani VIII., Clementis X., & Innocentii XII. Romanorum Pontificum Prædecefforum noftorum, qui annis Jubilæi tunc instantibus, feu currentibus ejuſmodi Regularium defertorum reductioni providè confuluerunt, veſtigis inherentes, autoritate Apoſtolica tenore præfentium miſericorditer indulgemus, ac ſtatimus, & decernimus, ut Regulares Apoſtata, & fugitivi, cujufcumque ſint Ordinis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſariò exprimendi, qui citra Montes intra quatuor, ultra Montes verò intra octo meſes à publicatione earumdem præfentium litterarum inchoandos, ſua ſponte ad ſuam quiſque Religionem redierint, tunc poenarum omnium iſtis propter Apoſtaſiam hujufmodi inflictarum, vel infligendarum remiffionem, atque impunitatem aſſequantur; Ita tamen, ut debeant à ſuo quiſque reſpectivè Superiore humiliter petere abſolutionem, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri, & viceverſa Superior benignè illos teneatur ab hujufmodi poenis abſolvere, & paterna charitate complecti, cui propterea ad effectum præmiſſum duntaxat, quatenus opus ſit, omnem facultatem neceſſariam dicta autoritate harum ſerie impertitur. Non obſtantibus præmiſſis, nec non Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum, aliſive quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, ſtylis, & uſibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis etiam Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis hujufmodi, illorumque Generalibus, & aliis Superioribus, ac perſonis quibuſlibet, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliſive efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu proprio, & de Apoſtolice poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmiſſorum in genere, vel in ſpecie conceſſis, & quantſcumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujufmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inferrentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inferriſ habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem eadem præſentes litteræ omnibus facilius innotescant, Volumus, illarum exempla ad Dilectos Filios

Noſtros, & Apoſtolice Sedis Nuncios, ac Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epifcopos, aliſque Eccleſiarum Prælatos, & Locorum Ordinarios tranſmitti, qui illas quantociùs publicare ſtudeant: Iſarum verò præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eandem omnino fidem in Judicio, & extrà illud ubicumque locorum haberi, quæ haberentur iſtis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Aprilis 1725. Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. Card. Olivarius.

Anno à Nativitate Domini milleſimo ſeptingentiſimo vigintiſimo quinto, Indiſſione tertia, die vero 12. menſis Aprilis, Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & D. N. BENEDICTI Divina Providentia Pape XIII. Anno Primo, ſupradictæ Litteræ Apoſtolice affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Lateraneenſis, Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in Aie Campi Flora, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis per me Franciſcum Bartolottum Apoſtolicum Curſorem.

Joannes del Rè Mag. Curſ.

Motus proprius Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI PAPA XIII. Pro incluſione Clericorum Civitatis, & Dioceſis Caſenaten. in Collegio Juristarum ejuſdem Civitatis.

## BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuum rei memoriam.

Eccleſiæ Catholice per univerſum Terrarum Orbem longe, latèque diſfuſæ, regimini, inefſabili Divinæ ſapientiæ abundantia præpoſiti, in his, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum honori, & commodis, ac uberiori in bonarum litterarum ſcientia, laudabilibusque diſciplinis, progreſſui oportune conſulitur, Paſtoralis cure noſtræ partes libentè interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, in Univerſitate Studij Generalis Caſenaten., quæ in tota Provincia noſtra Romandiola unica exiſtit, Collegium Juristarum, videnti Doctores conſtans, dudum erectum reperitur, ac eidem Collegio fel. rec. Julius PP. II. Prædeceſſor Noſter, per ſuas Litteras die xxiv. Junij MDIV. expeditas, Norarios creandi, & rec. mem. Clemens PP. VII. ſimiliter Prædeceſſor Noſter, per ſuas Litteras die x. Februarij MDXXXIV. emanatas, duos ad id idoneos quotannis ad gradum Doctoratus in utroque Jure, ſervatis ſervandis, promovendi facultatem reſpectivè conceſſerint: hæcque facultas à Clemente Prædeceſſore conceſſa, ad alios duos annis ſingulis Doctoratus laurea decorandos, à piæ mem. Paulo PP. V. Prædeceſſore pariter Noſtro, per ſuas die iij. Septembris MDCX. deſuper editas Litteras, ampliata: & omnes gratiæ ſupradictæ à ſimil. rec. Alexandro VII. & Clemente X. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus quoque Noſtris, per eorum Litteras die iij. Decembris MDCLVII., & die xxvi. Septembris MDCLXXXV. expeditas, cum conceſſione Indulti, non ſolum prædictos quatuor, ſed etiam quofcumque alios idoneos ſimiliter promovendi, per eundem Clementem X. Prædeceſſorem facta, confirmata fuerint: Necnon piæ mem. Paulus PP. II. Prædeceſſor etiam Noſter, per ſuas die xxx. Decembris MDXXXV. conditas Litteras, omnia Statuta, Privilegia, Ordinationes, & Decreta dicto Collegio Juristarum eatenus conceſſa, confirmaverit. Verum Clerus Caſenaten. gravius ſemper tuliffet, ac pluriès conqueſtus fuiffet, quòd ipſe à Collegio ejuſmodi excluderetur, nec

unquam